



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Ignis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Romani  
quid in Lu-  
cetium à  
luce, Sali  
Sidelicet,  
Dissiprem  
quasi à lei  
patrem ut  
& Cretense,  
Nō rlu  
nūgēti.  
Macrob. i.  
bidem.

quod vivere est. Unde Joan. *Vim erat.* Plato Cratylo *Nō* dum vocat, transfert ad præpositionis vim, A  
ut Joannes idem: *Per quem omnia facta sunt.* De splendore vero: *Et erat facies ejus sicut Sol:* ut apud  
Malachiam: *Orietur vobis timentibus Sol justitia.* Sed quæ plurima pertinent ad Solis hieroglyphi-  
cum, cum ea commodiore loco plenius dicta sint, in cœlestium corporum commentario, breviter  
hæc tacta sufficiant. Quam vero attonita propemodum veneratione apud Persas colebatur ignis,  
ex eo manifestum est, quod gravissimus apud eos mos supplicandi fuit, cum quis igne in manus ac-  
cepto supplicium interminabatur, eum se in aquam injecturum, si voto excidisset: non esse illi fas duce-  
bant eum rejicere, qui sic preces allegasset. Sedenim ut imprudentia nonnullorum modus impo-  
neretur, neque ulli violandi ignis occasio permitteretur, lege sanxerunt, ut qui eo supplicandi ge-  
nere usus esset, supplicio multaretur. Author Plutarchus.

TENTAMENTUM. CAP. XXXIX.

Ad verbum  
à Platarcho  
in libello  
cui titulum  
fecit.  
τὸ πρῶ-  
τον οὐχ  
Juramentū  
in Livonia  
observatum

Fuit & apud quosdam è nostris populos, juramenti atque judicii species super ferro candenti, su-  
perstitiose potius quam pie per æditum templi, in Livonia præsertim observata. Nam sceleris  
alicujus accusati, ad ferri candentis judicium vocabantur, & id subire nonnumquam vel invidia  
compellebantur. Id erat ejusmodi, ut criminis reus ferrum candens, è mediis prunis exemptum, in  
manus caperet accusatoribusque & judicibus ostentaret, sique adustione nulla subsecuta illæsus es-  
set, absolveretur: Si autem vim eam pati non posset, objecti criminis ita convictus, damnaretur. Purg-  
abant vero se prius jejuniis, confessione, & Eucharistia: mox ad horrificum illud experimentum ac-  
cedebant: id, quia periculosum erat, & insontes aliquando ex eo condemnabantur, præcipue vero  
contra Christianæ pietatis mores erat, Deusque tentari videbatur, Honorio III. fieri per gravissimū  
mum edictum vetuit, ut Decretalium lib. 5. tit. 36. de injuriis, c. 3. habetur.

DE FUMO. CAP. XL.

AC, ne fumum etiam prætereamus, postquam super igne multa diximus, quod fumi significatum  
esset, jam aperiemus.

IGNIS. CAP. XII.

Plaut. in  
Curculion.

Ortus à terra fumus, & in cœlum se attolens, ignem, ait Horus, significare perhibetur. Porro i-  
gnis Aristoteli nihil aliud est, quam fumus incensus, & apud Homerum totiens fumus expeti-  
tur, unde ignem ac mox habitabilem esse regionem conijcere detur. Eo vero hieroglyphicum fumi  
tendere videtur, ut suspicionem aliquam non temere abortam esse intelligamus. Nam cum rumor  
aliquis in vulgus emanat, dici solet, *Abiq, igne fumum nullum oboriri.* Et Petrus apud Clementem *Evri*  
*minime potest,* inquit, *ut confurgat fumus ubi non sit ignis.* Quinetiã ubi Pindarus. Nemeis inquit, *ὄσμι*  
*κατὰ τὸν ὄλεθρον ὄνομα,* certet aquam apposuisse fumo: fumum, ait interpres, pro igne posuit, ex sequela  
scilicet signum quod præcedit indicans. Et Psalmo 17. legas, *fumum ascendisse in ira Dei,* & vestigio  
ignem exarsisse, ubi quidam ajunt interpretes, in vœtum quidem primo in Dæmonis pervicacia com-  
primenda, mox ad vitia reliqua extirpanda aggressum. Alii fumum hoc loco initia futuræ compun-  
ctionis intelligi volunt, & ita sentit Eucherius, quod ad Ægyptiacum accedit hieroglyphicum: quam-  
quam & Dei comminationes significare posse non inficiatur. Nam, ut etiam apud Plautum, *flamma à fu-*  
*mo est proxima.* Quæ omnia nostri multo ante literarum monumentis mandaverat. Sic Ecclesiastici 22.  
legas: *Vaporem fumumq, emanare in altum ante ignem,* ita & contumelias & minas sanguinis esse  
pravias.

PERDITIO. CAP. XLII.

Nepe Galli.  
idem pollet  
illud Plau-  
tinum à Ci-  
cerone in L.  
Fisonem, è  
Tinnimo.

Perditionem multi per fumum intellexere, & mos est, opes divitiisque magnas, Regna, & unam-  
quamque rerum amplitudinem. In fumum abiisse dicuntur, cum ita consumpta fuerint, aut ita col-  
lapsa detecerint, ut ne vestigium quidem pristinae majestatis relinquatur. Jocatur in hanc sententiam  
Horatius, ubi Mennium paternorum maternorumque bonorum abliguritorem omnia in fumum ac-  
cinerem vertisse dicit. Ad hoc succurrit Demonaëus Philosophorum omnium testivissimi dictum,  
qui à quodam interrogatus eludendi causa, ut pleriq, literatos ita tentare solent, quot fumi minæ ex  
mille